



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 30. Novesium a Burgundo absessum, ac tandem aditu prœclusum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

ac Regno exuere meditaretur, hinc una- Sæcul. XV.
 nimi voto omnes Regis Confiliarii in eam A.C. 1474.
 abiere sententiam, petitam a Duce indu-
 ciarum prorogationem omnino denegan-
 dam esse. Soli Ludovico displicuit con-
 silium, plurimum, dicebat ille, ad Galli-
 ci Regni emolumentum pertinet, ut Du-
 ci significetur, ejus petita a Gallis non
 sine animi voluptate acceptanda fore: sibi
 enim persuasum habebat Rex, quod Ger-
 mania periculosus adeo esset scopulus, in
 quem Burgundus incautius allidens cer-
 tum pateretur nausfragium. Quare induciis ad sextum mensem protractis Re-
 gis cura præcipue in eo stabat, ut Her-
 manum Hassiæ Principem clam submissis
 Procuratoribus, atque etiam promissis
 auxiliis ad strenuam defensionem incen-
 deret.

§. XXX.

*Novesium a Burgundo obseffum, ac
 tandem aditu præclusum.*

Regis vaticinium non fefellit eventus;
 quippe Burgundus Novesium præter
 omnem suam expectationem annona,
 omnique belli apparatu optime instructam
 experiebatur. Jam primis obsidionis
 diebus validissimæ oppugnatorum eru-
 ptiones Duci prænuntiabant, se nun-
 quam urbem, cui Hassiæ Landgravius &
 Her-

Secul. XV. Hermanus frater ejus cum mille optimis
 A.C. 1474. gentis equitibus totidemque peditibus
 præcessent, armorum vi expugnaturum;
 quapropter ab oppugnanda urbe ad cir-
 cumsidendam consilia vertere statuit; Ne
 tamen benignior fortuna suo aspirabat
consilio; quippe ejus copiæ partim iteratis
 obfessorum eruptionibus, partim Colo-
 niensium aggressionibus admodum debi-
 litatæ erant; insuper Colonenses com-
 meatui, ac bellicis instrumentis ad Bur-
 gundi castra advehendis omnem usque
 adeo intercluserant aditum, ut Dux ex
 solo Geldriæ Ducatu annonam sperare
 posset. Evidem Rex Angliæ juxta fo-
 deris cum Burgundo initi leges Gallias
 valido exercitu invadere parabat. Jan-
 que in eo erat, ut copias suas classem
 concendere juberet, cum quosdam ad
 Ducem alegat, qui eum monerent, ut
 Novesii obsisionem solveret Burgundus;
 ast Dux, cum id sine honoris sui dispendio
 fieri haud posse existimaret, qua precibus,
 qua arte tantum effecit, ut Eduardus
 expeditionem suam usque ad annum pro-
 ximum differret. Profuit sane hæc cun-
 statio Gallis, qui hinc ab Angliæ Rege,
 illinc a Burgundiæ Duce armis belloque
 pressi haud dubie hostium numero suc-
 cubuissent.

§. XXXI.